

V 9  
1192

CC  
Han  
olo  
iq  
Qu

Q. N. 214. 14. 12.

# EPISTOLA

CONCIONATORVM

Hamburgensis Ecclesiæ, ad The

ologos V Vitenbergenses, in

qua de Adiaphoris disse

ritur, hoc tempore le

ctu per utilis.

ITEM RESPONSI

V Vitenbergensium.

Hæc æditio priori melior est.

Gal: 1.

i quis aliud Euangelium prædicave  
rit, anathema sit.

1. Cor: 6.

Quæ communicatio luci cum tenebris:  
& quæ coniunctio Christo  
cum Belial:



Reuerendis uiris doctrina & pieta  
te præstantibus Dominis, D. Iohann  
Bugenhagen, D. Philippo Melantho  
ni, D. Georgio Maiori, & reliquis The  
ologica facultatis professoribus in scho  
la V Vitebergensi, Dominis & Præ  
ceptoribus suis in Christo sum  
ma cum obseruantia  
colendis.



S E



rum  
uest  
diq;  
quos  
Con  
acce  
imp  
mur  
quã  
tor  
dac  
scr  
lum  
tur  
de  
m

S ET G IN IESV CHRI  
sto Domino nostro.



EREMVR, NE

modestia & uerecundia  
in nobis desiderari possit,  
Reuerendi Præceptores,  
quod his temporibus in=  
felicissimis, laboribus &  
molestijs plenis, plus labo=  
rum & molestiarum uobis imponimus, animosq;  
uestros iamdudum mæroribus & periculis un=  
diq; oppugnatos & grauatos magis oneramus,  
quos iustius consolari & erigere oportebat:  
Confidimus tamen uos in meliorem partem esse  
accepturos nostram audaciam, & hanc potius  
imputaturos turbulentis temporibus, & com=  
munibus Ecclesiæ periculis ac calamitatibus,  
quàm nobis, quæ ab inuitis hanc scriptionem ex=  
torserunt. Etiam ueniam merebitur nostra au=  
dacia, quòd communis salus Ecclesiæ in his, quæ  
scribimus ac petimus uestrum, clarum, explica=  
tum & certum iudicium requirat, quod sequa=  
tur in controuersia illa, quæ agitari cœpta est  
de Adiaphoris. Sub quorum specie hodie passim  
multi mutationes in Ecclesias optimè constitutas  
inuehunt,

inueniunt, ut labefactetur & euertatur optimus  
pure nostræ Religionis status, ut astuti & uas-  
fri quidam homines potentiorum fauores, &  
sua commoda captantes, eò facilius Papatum  
astute & tecte reuehant paulatim suis dolis, hoc  
est, commentitijs suis Adiaphoris uestram au-  
thoritatem, consensum & suffragationem præ-  
texunt suis conatibus, hæcque astutia uehementi-  
simè percellunt, ac labefactant multorum pi-  
orum animos, Ecclesias turbant, ad defectionem  
infectunt, & eruditorum piorumque uirorum  
exhortationes ad constantiam, & confessionem  
Euangelij Christi eneruant, planeque inefficaces  
& irritas apud multos reddunt. Eruntque nocen-  
tiores in Ecclesia Christi pestes, quàm unquam  
Pseudoapostoli ac Pseudoprophete fuerunt,  
dabuntque damnum grauissimum Ecclesie, nisi his  
malis & improbis conatibus in tempore obui-  
am itum fuerit à uobis, qui autoritate & eru-  
ditione præcellitis, quorum fides & integritas  
omnibus semper testatissima fuit, & qui post D.  
M. Lutherum sanctissimum uirum syncerum, si-  
dum & constantem pure doctrine & ueri di-  
uini cultus instauratorem ac propugnatorem,  
Ecclesiam docuistis cum uoce tum scriptis, &  
qui Ecclesias nostras in Saxonia benè constitutas  
consilio & opera uestra ita instituistis, ut in his  
hactenus

hactenus semper conseruatus sit summus in do-  
cendo consensus, & Ecclesiastici ritus ordine,  
decentissimè in tranquillitate ubiq; sint obser-  
uati, Sanctum hoc uestrum depositum in nostris  
Ecclesijs huc usq; sanctè custodiuius, libenterq;  
in posterum custodiemus, adiuuante Christo. Ut  
autem hoc melius & foelicius fiat, necesse est, ut  
uestra subsidiaria opera munitis Ecclesijs, à  
uobis in primis exaedificatas, & praescriptis Ec-  
clesiasticis ordinationibus à Pontificia ἀνάξιον  
seruitute & impietate assertas, & uindicatas,  
& uestram sententiam de Adiaphoris Ecclesijs  
proponatis, in qua pia mentes possint acquies-  
cere in hac iudiciorum uarietate. Et se bonae  
conscientiae testimonio tueri queant contra In-  
terimisticos conatus callidorum hominum. Hoc  
nisi feceritis profecto apud non paucos discin-  
detur consensus, qui in Ecclesijs benè ordinatis  
hactenus fuit, omnia in singulis Ecclesijs imple-  
buntur factionibus & dissidijs, nisi in tempore  
certa doctrina de Adiaphoris & certi limites  
mutationibus Ecclesiasticis constituentur, hosti-  
um Christi improbitas, hac inclinatione ad ho-  
stes nostros ualde augebitur, & corroborabi-  
tur. Ideo oramus uos per Dei misericordiam &  
ueritatem, qua erexit Christi regnum & Satha-  
nae tyrannidem euertit, & Ecclesiam suam per-

petuo defendit ac seruat, ut in eatis consilium, ac  
reperiatis rationes conseruandi Ecclesiarum in-  
columitatem, constituatisq; certam sententiam  
de Adiaphoris, quam quisq; salua conscientia  
sequi possit, sub his pugnis & periculis. Eccle-  
sia passim habet pios, doctos & cordatos uiros,  
qui hac controuersia bene intellecta animi con-  
stantiam adiuuante Deo prestabunt in tuenda  
purity nostræ religionis, imitabunturq; uerbo  
Dei ostensa uestra consilia, ad conseruationem  
Ecclesiarum utilia & necessaria. Nisi hic, ceu  
ad sistendum publicum incendium, uestram ope-  
ram contuleritis, Ecclesia damnum accipiet,  
quod nunquam resarcietur.

Nos scimas uos in ea esse sententia, quod  
potius uelitis, exilia, direptionem bonorum, car-  
ceres & quæuis supplicia ferre, quam in do-  
ctrina hætenus purè tradita sitis uel minimum  
mutaturi, ullaq; corruptelas puræ doctrinæ re-  
cepturi. Hic adsentiuntur uobis omnes pij ani-  
mi, nec possunt dissentire, qui Christum profi-  
tentur, & spem salutis in Christo promissæ sunt  
retenturi. De doctrina in Augustano conuentu  
olim confessa, nulla sunt inter nostros certami-  
na, nec ulla ambiguitas. Sed de susceptione Adi-  
aphororum tantum discrepant iudicia. Existi-  
mant multi nos inclinare ad illorum iudicia, qui  
existia



existimant satius esse seruitutem in Adiaphoris  
ferre, quàm deserere Ecclesias suas propter res  
( ut uidentur ) tam leues, quòd existimetis hac  
seruitute ab aulis imposita Ecclesias benè insti-  
tutas posse conseruari, quæ si semel desereren-  
tur, uenirent in potestatem Papæ prorsusq; ua-  
starentur. Intelligimus hoc consilium niti suis  
quibusdam rationibus, & id spectari, ut aula-  
rum fauore & patrocinio reliquæ Ecclesiæ de-  
fendantur & custodiantur. Sed hic uobis etiam  
atq; etiam considerandum est, quàm non sit tu-  
tum hisce arundineis baculis inniti, & aulicis  
consilijs sine uerbo Dei fidere. Quæ narrantur  
de seruitute in Adiaphoris ferenda nimium  
large & periculose dicuntur. Ideo necesse est,  
ut doctrina de Adiaphoris distinctè explicetur,  
& disertè doceatur, quæ uerè aut fictè Adia-  
phora ac media uocentur, & quibus finibus in-  
cludendæ sint res mediæ. Nam conscientia in  
periculis & certaminibus stabiliri ambiguis &  
flexilibus opinionibus nequeunt. Quibus per-  
specta est uestra integritas & pietas, illi candi-  
dè ( ut par est ) interpretantur, quæ consulitis de  
seruitute in Adiaphoris ferenda, uestraq; sen-  
tentia interpretationem sumunt ex uestris li-  
bris, ex Augustana confessione, Smalcaldianis  
deliberationibus, ex Epistola super hac re No-

ribergensibus Pastoribus scripta, ex uestræ Ecclesie ritibus, & alijs iudicijs, quæ uestri animi uestræq; sententiæ sunt testes. Alij autem suspi-  
cantur in presentibus periculis priorem uestram sententiam mutatam esse, iamq; plus in Adia-  
phoris concedi quàm antea. Hæc callidè in mul-  
torum aures ingeruntur, ut, ceu per cuniculos,  
his fucis aduersarij ulterius irrepant in nostras  
Ecclesias, uolūtq; uideri quòd sequatur consilia  
uestra de ferenda seruitute in Adiaphoris, abu-  
tunturq; uestra auctoritate ad stabiliendas om-  
nes suas corruptelas & Idolomanias. Et ut ex  
unijs Islebij cauillatione de reliquis iudicium  
faciatis, non grauabimur hic ascribere, quæ  
passim ex Epistola Islebij sparguntur, quibusq;  
exponitur uestra sententia de seruitute ferenda  
in Adiaphoris. Bonus ille uir scribit Saxonicos  
& VVitebergenses Theologos planè consen-  
sisse in Augustanam editionem à Cæsare pro-  
mulgatam, atq; etiam in ipsum Canonem, sic sa-  
tis (ut ipse putat) repurgatum. His etiam in sua  
Epistola subiicit & hæc uerba, unus præcipuus  
ex Theologis VVitebergensibus scripsit ad  
amicum. Ego non recuso ferre seruitutem in  
Adiaphoris salua doctrina, utq; perspicue ex-  
plicet quæ Adiaphora appellitentur è diploma-  
te concordie Iüterbachij factæ super obserua-  
tionibus

tionibus Ecclesiasticis testimonium adducit teu-  
tonica hæc uerba latinis admiscens. Vnd in  
mittel dingen soll man alles halten/  
wie es die alten heiligen Veter ges-  
halten haben / vnd jenes theil iziger  
zeit auch noch helt. Hic quæso attendite  
obseruandissimi domini Præceptores, quomodo  
callidi homines qui superstitionem Papisticam  
restitui cupiunt, uestra uerba de ferenda serui-  
tute in Adiaphoris interpretentur, & quid  
querant astuti isti Interimistici conciliatores,  
quantum derogent uestræ autoritati, & quàm  
foede uos deforment ubiq; terrarum apud om-  
nes pios, quantumq; noceant Ecclesiæ, ambiguae  
& flexibiles illæ sententiæ, de ferenda seruitute  
in Adiaphoris apud illos, quibus uestra doctrina  
uesterq; animus de his controuersijs non est sa-  
tis perspectus, & quantum animi addant obsti-  
natis nostris aduersarijs, qui ne pilum quidem  
latum à suis superstitionibus, & impietatibus  
discedere uolunt, solumq; id agunt, ut nos uel  
arte, uel ui retrahant in societatem suam per-  
uersam, quam pij non possunt non odisse & fu-  
gere propter impietatem, quæ in ea longè la-  
teq; uagatur. Si uultis uestro honori & Eccle-  
siæ Christi rectè consultum operæ pretium est, ut  
doctrina uestra nunc deus de Adiaphoris nouo

A S

scripto

scripto proposito publicetur, quo diluantur  
calumniatorem mendacia & Ecclesiae rectè in-  
formetur de controuersia rerum mediatarum ac  
indifferentium, nec poteritis nunc ullo officio  
melius mereri de Ecclesia Christi quàm eius-  
modi scripto.

Agnosimus nostram Ecclesiam opera ue-  
stra adiutam esse in recipienda coelesti, pura ac  
uera doctrina, quam & utili & necessaria re-  
formatione ornastis, in qua quia nos posuit Spi-  
ritus Sanctus inspectores, ob id semper nobis  
summæ curæ fuit, ut custodiremus uestrum apud  
nos depositum, hoc est, ut conseruarem puri-  
tatem doctrinæ & uerum Dei cultum in Ecclesi-  
is fidei nostræ commissis. Nunc uero, quia passim  
incidunt noxiæ mutationes & Ecclesiae optimæ  
constitutæ & ad Apostolicæ Ecclesiae formam  
ex Interim ita transformantur, seu potius de-  
formantur, ut inde periculosa & plena offen-  
diculi certamina oriantur inter ueros Ecclesiae  
Doctores ac Pastores, quibus coniuictarum Ec-  
clesiarum concors harmonia & doctorum uiro-  
rum consensus omnino dissoluitur, neruiq; Ec-  
clesiasticæ concordie rumpuntur. Ideo ne gra-  
uius in hac parte sauciarentur multorum con-  
scientiæ, & ne quid secus ageretur à nobis quàm  
oportet, putauimus uos de his malis admonēdos,  
uestrumq;

uestrumq; explicatum consilium de Adiaphoris  
uel admittendis uel excludendis querendum  
esse.

Vestra scripta prius ædita in consilium ad-  
hiberi potuerunt, ex quibus satis cognoscitur,  
quæ uobis uerè Adiaphora sunt, quæ in Eccle-  
sia conseruari, quæ tollerari, & quæ eijci de-  
bent. Sed nunc propter potentiorum decreta &  
imminentia pericula astutorum allegorijs ac su-  
cis & dissimilitudine iudiciorum res sic inuolui-  
tur, ut multi pij nesciant, quid de Adiaphoris  
certo tenendum sit.

Ad hoc malum etiam illud accedit, pios ui-  
ros ueræ Religionis amantes (qui in bene consti-  
tutis Ecclesijs mutationes nullas recipi uolunt,  
quòd uideant ista ratione Pontificios integram  
Papisticam superstitionem rursus inuehere uel-  
le, seq; exponere malunt summis periculis, quàm  
authores esse mutationum in sua Ecclesia &  
impios conatus impiorum adiuuare) pessimè au-  
dire & prægruari odiose apud illos, qui ap-  
pellatione Adiaphororum omnia extenuant, ex-  
cusant & inuoluunt, quiq; non assentientes ip-  
sorum flexibilis Allegorijs iudicant stoicos, du-  
ros, contumaces & rebelles Ecclesiæ desertores,  
qui præsentibus calamitatibus & periculis Eccle-  
siæ non afficiantur.

Hic.

Hic cum utrinq; in receptione Adiaphoro-  
rum, & in desertione Ecclesiarum graue peri-  
culum sit, nihil putamus nobis tam esse necessa-  
rium, quàm ut piorum, bonorum & prudentium  
uirorum consilio bonæ conscientie testimonium  
retineamus apud Dominum, & faciamus quæ  
sunt nostri officij & quæ coram Deo salua con-  
scientia fieri possunt ac debent. Hic, ut inculpa-  
ti simus super hac re, expetimus uestrum pium  
consilium, etiam atq; etiam orantes, ut disertè  
nobis significare dignemini, quæ uia nobis in-  
grediunda sit inoffensè, sub his Adiaphoricis  
disceptationibus, ne derogetur gloria Dei, ne  
impediatur Ecclesie salus, & ne uulnerentur  
nostræ aliorumq; piorum conscientie.

Scimus longè horribilius & grauius esse  
incidere in manus Domini, quàm in manus ho-  
minum. Ideo dabimus operam, ut in omnibus in-  
cidentibus periculis teneamus hunc scopum in  
nostro ministerio, ut coram Domino fidi repe-  
riamur, & conscientiam habeamus illesam.  
Euentum rei commendemus Deo, in cuius manu  
omnia sunt sita. Idq; nobis unicè curæ erit, ut  
innocentiae testimonio animus noster sit confir-  
matus in uita & morte, & corroborante nos  
Deo per sanctum suum Spiritum, potius ceruices  
Carnia

Carnifici feriendas præbebimus, & potius exilia  
& supplicia feremus, quàm ut contra conscien-  
tiam simus aliquid facturi in nostro ministerio.

Reipub: relinquimus sua consilia, quæ ut  
pia, iusta & recta sint apud Deum, hortamur  
& oramus, idq; conamur præcipue, ut nos pie  
& iuste fungamur nostro officio, utq; uerbum  
Dei recte secantes, pie in omnibus applicemus  
& quæ Dei sunt, Deo, & quæ Cesaris sunt, Cæ-  
sari dari monentes in nostro officio, ut oportet  
recte procedamus, Vt autem V. R. P. nobis ap-  
posite suum consilium dare possint, de conser-  
uando uero Dei cultu & Adiaphoris uel reci-  
piendis uel excludendis nostram sententiam  
scripturæ consentientem uobis aperiemus.

Veri diuini cultus authorem solum Deum  
facimus, eumq; solummodo recte & salutariter  
coli, eo cultu, quem ipse præcipit, statuimus, ip-  
sius cultum solius diuini uerbi regula metimur,  
& ceu suis limitibus ac terminis includimus præ-  
ceptis utriusq; tabulæ Decalogi, ponimusq; ue-  
rum Dei cultum in fide, Dei adoratione, inuoca-  
tione, glorificatione, prædicatione & explica-  
tione uerbi Dei, Sacramentorum iuxta Christi  
mandatum administratione, precibus, hymnis,  
Psalms

Verus  
Dei cul-  
tus.

Psalmis, Spiritualibus cantionibus, gratiarumq;  
actionibus, in Dei timore, studio innocentiae ac  
uirtutis, ipsaq; obedientia erga Dei uerbum.

Iudicamus uerum Dei cultum ornandum &  
gubernandum esse pijs Ecclesiasticis obseruati-  
onibus necessariamq; esse Ecclesiasticam εὐταξί-  
αυ ad religionis diuiniq; cultus propagatio-  
nem & conseruationem, Probamus, ut quae ad  
decorum, ordinem, honestatem, disciplinam &  
tranquillitatem spectent in Ecclesijs, in guber-  
natione diuini cultus retineantur, & si ea ali-  
cubi essent sublata, absq; offendiculo commode  
restituuntur ad aedificationem Ecclesiae, ad am-  
pliandam Dei laudem & alendam publicam  
concordiam & tranquillitatem, sed ita ne fores  
aperiantur, explosae Papisticae impietati, & ty-  
rannidi.

Vera A-  
diaphora.

Ad decorum, ordinem, honestatem, tran-  
quillitatem & disciplinam referimus uera Adi-  
aphora, hoc est, obseruationes illas, quas Deus,  
neq; praecipit neq; prohibuit, sed liberas per-  
misit Ecclesiae ad aedificationem sui ipsius, pro  
locorum, temporum & personarum conditio-  
ne, & commoditate. Huius generis arbitramur  
esse haec & similia, Ecclesiae ministros certis or-  
dinibus discerni, non nisi legitime electos & ri-  
te exa-



te examinatos admitti. Item uiros aperto, mu-  
lieres uelato capite orare ac prophetare. In  
Ecclesia uiros docere non mulieres, quæ nunc  
propter Apostoli traditionem legis uim ha-  
bent, statis diebus & horis orare, docere, psal-  
lere, campanæ sonitu conuentus sacros cogere  
ad audiendas conciones, & celebrandam Eu-  
charistiam, sobrias & sanctas ferias ad audien-  
dum Dei uerbum decernere, & decentibus ue-  
stibus in Ecclesiasticis ministerijs uti, certam do-  
ctrinam ex ueteri uel nouo Testamento sano  
delectu pro captu populi in concionibus & le-  
ctionibus proponere ac distribuere, In festis di-  
ebus usitata Euangelia & Epistolas retinere,  
doctrinam ferijs congruentem proponere, uer-  
naculam latinamq; linguam in templis certis  
legibus sonare, organis uti, imagines & pictu-  
ras ad conseruandam rerum utilium memori-  
am ferre, non nisi ante exploratos, examinatos,  
& instructos à certis ministris ordinatis ad sa-  
cræ  $\sigma\upsilon\nu\alpha\xi\upsilon$  admitti, Absolutionem à sacer-  
dote peti, In ipsa Eucharistia Domini obseruari  
omnia, quæ pia & decora, & boni ordinis sunt,  
Matutinas ac Vespertinas preces ac Lectiones  
è sacris literis sumptas decantari certis horis,  
uetera pia cantica & consuetæ sacrarum lecti-  
onum exercitia ab omni superstitione & errore  
repurgata

reburgata seruari, iusta ordinatione ad sacra  
officia electos & uocatos admitti, mortuos hon  
nesté, pio cantu, & campanarum moderato sono  
sepeliri, Memorias sanctorum pie sine Idolatriâ  
& impia opinione conseruari, Cathechesin in  
stitui, moderatas Ecclesiasticas censuras ad con  
seruandam iustam & necessariam disciplinam,  
suapte sponte collapsam restitui. Sponsum &  
Sponsam honesto & pio ritu in Templo ma  
trimonialiter coniungi, Canones de Clericorum  
honestâ uita & conuersatione condi, Ieiunia  
moderata absq; superstitione præscribi, & id  
genus alia.

Si his & similibus Adiaphoris, quæ habent  
manifestam utilitatem in Ecclesia, & ad deco  
rum, ordinem, disciplinam & honestatem faci  
unt, durabilis concordia, tranquillitas & con  
formitas in Ecclesijs in doctrina pura consenti  
entibus constitui posset, arbitramur Ecclesias  
& τὰ ἑξὶς deformatas restauratione Adiaphoro  
rum debere conformes reddi Ecclesijs melius or  
dinatis, nec posse quenquam se hic opponere bo  
na conscientia, quod propter uera Adiaphora  
consensus Ecclesie non est dissoluendus, nec Ec  
clesie à pastoribus deserendæ, nec certamina  
suscitanda, nec Schismata alenda esse in illis Ec  
clesijs, quæ in eandem doctrinam Christi consens  
tiunt.

Existima

Existimamus etiam non esse habendum pro  
seruitute, quando libera conscientia Christianæ  
concordiæ studio, & propter ædificationem  
apud homines pios hæc seruantur. Hæc Adia-  
phororum obseruatione si salua nostra doctrina  
in omnibus nostris Ecclesijs sine superstitione &  
metu reducendi impium Papatum conformita-  
tem Cæsar constitui uellet, non dubitamus salua  
conscientia Ecclesias parere posse.

Adiaphora autem, quæ uerè sic uocantur  
inclusa sunt certis finibus, quos si transgrediun-  
tur, Adiaphora esse desinunt, fiuntq; corrupte-  
læ, prophanationes, seminaria superstitionis,  
conscientiarum laquei, scandala infirmorum,  
labefactiones ueræ religionis, & aptæ occa-  
siones reducendi ueterem papisticum abusum &  
impietatem. Necesse autem est, ut circa Adia-  
phora sit libertas rectè ac piè docendi, & ea  
gubernandi doctrina Christi, Apostolorum &  
Prophetarum. Nec diutius pro rebus medijs ha-  
beantur, quam prosunt, & ædificationi seruiant.

Ad Adiaphororum Catalogum ea non pos-  
sunt uerè referri, quæ fidei, pietati, ædificationi  
Ecclesiæ, decoro, ordini, honestati ac disciplinæ  
non seruiunt, quæ libertatem Christianam ob-

Falsa A-  
diaphora

B

ruunt

ruunt, conscientias implicant & uulnerant, su-  
perstitionem alunt, cum uerbo Dei pugnant, Sa-  
cramentorum mysteria uerumq; Dei cultum  
obscurant, confusionem & impedimenta ueri-  
diuini cultus secum trahunt, Ecclesiam debone-  
stant, Dei uerum cultum ludibrio ac risu expo-  
nunt, religionis Christi dignitatem, grauitatem  
ac necessitatem aut eleuant, aut in Antichristi  
superstitionem transformatam peruertunt, ner-  
uiq; sunt Papisticae superstitionis & abusus. Ei-  
usmodi conficta Adiaphora sunt in sacris ridi-  
culæ gesticulationes, scenica spectacula quæ  
theatris magis conueniunt quam Ecclesijs Dei,  
quæ potius ethnici ludi, ambitiosæq; hominum  
carnalium pompe iudicandæ sunt, quàm cære-  
monia Ecclesiastica, magici exorcismi, conse-  
crationes Chrysmatis, Baptismi, Salis, Aquæ lu-  
stralis, palmarum, ignis, & aliarum plurima-  
rum rerum, quæ execrandam incantationum  
speciem habent, quibusq; aliquid Spiritualis &  
diuinæ energie & uirtutis tribuitur ridiculus  
planeq; ineptus circuitus cœmiterij, cuius præ-  
cipuus usus est, ut pulchre uestiti spectent &  
spectentur, circumlatio panis, imaginum & re-  
liquiarũ propositio ac circumgestatio, simulata  
lotio pedum, pompa ingressus Christi in die  
palmarum, Crucis in sepulchrum depositio, &  
excubiæ,

excubiæ, quæ non sine turpitudine aguntur cir-  
ca sepulchrum cum reliquis uanis sepulchrali-  
bus spectaculis, sumptuosum spectaculum accen-  
sarum candelarum in die Purificationis Mariæ,  
supplicatorie processiones plenæ abusu &  
uitiorum, ludus ascensionis Christi, & deuolan-  
tis columbæ in die Pentecostes, quæ ludicra sce-  
nis potius congruunt quàm Ecclesijs Dei.

Hæc & his similia sunt tantum uane, fri-  
uolæ & ineptæ lusoriæ occupationes in templis,  
Adiaphororum usum & finem non habent, Re-  
ligionem nostram ludibrio ac risui exponunt,  
ministerorum Ecclesiæ fidem & auctoritatem  
eleuant, pastores ridiculos faciunt, eorum do-  
ctrinam suspectam reddunt, & totum ministeri-  
um Euangelij ridendum propinant, summum  
contemptum doctrinæ & Sacramentorum Chri-  
sti pariunt, infinita offendicula præbent, ad de-  
structionem non ad ædificationem spectant. Nam  
uulgus ab his etiam uera Adiaphora & utiles  
Ecclesiæ obseruationes ac ritus æstimat, iudi-  
catq; omnes cæremonias eiusdem ordinis ac ge-  
neris esse, unde non potest non subinde oriri no-  
centissimus Religionis contemptus, Epicureis-  
mus & deformis ἀτάξια ac confusio in Eccle-  
sia.

Ideo non licebit cum offendiculo & nocenti  
ti perturbatione bene constitutas Ecclesias istis  
nugis onerare & deformare. Nam ceremonie  
amisso Adiaphororum sine, Adiaphora nec esse  
nec uere dici possunt, suntq; nihil aliud quam  
corruptela, semina & nerui Papistice supersti-  
tionis, & cuniculi, per quos aduersarij in no-  
stras Ecclesias astute rursus irrepere conantur,  
ut eas à fundamento euertant, totumq; Papatum  
reuehant & restituant, & id quidem per nos-  
met ipsos, & per confictam Adiaphororum re-  
ceptionem, quòd hæc uia facilior & expeditior  
esse uideatur ad recuperandam & occupandam  
arcem Papistice impietatis.

Hæc iocularia & conficta Adiaphora, quibus  
fide, quæ nititur solo uerbo Dei restitui, defendi  
& conseruari nequeunt. Item quia sunt ueteris  
impietatis nerui, totumq; Papatum secum tra-  
hunt, rectè illi Ecclesiarum pastores suis consci-  
entijs consulunt, qui eiecti malunt deserere Ec-  
clesias suas, & exilia pati, quàm in istarum fu-  
tilium & pernitosarum rerum ludos consenti-  
re, & his nugis uerum Dei cultum polluere, fidei  
constantiam & firmitatem luxare, offendere  
& labefactare Ecclesiam, Papistice tyrannidi  
aperire fenestram ac uiam sternere reditura  
abominationi.

Hic quis

Hic quia iudicia, diuersæq; audiuntur sen-  
tentiae, Alij dicunt has ineptias & stulticias po-  
tius suscipiendas & seruandas esse, quam ut Ec-  
clesiæ deserantur, Alij contrarium statuunt,  
quod restitutio istarum ineptiarum sint auspicia  
reducendi impij Papismi, quorum iudicio &  
sententiae uidetur suffragari magna pars The-  
ologorum, quod confictorum Adiaphororum  
restitutione id callide agatur, ut nostra doctri-  
na suspecta fiat uulgo & per nosmetipsos aspe-  
re uia prioribus superstitionibus rursus expla-  
nentur. Hic cum iudicia Doctorum tantopere  
uariant, & hæ res tanti sint momenti, ut Eccle-  
siarum benè constitutarum euersionem secum  
trahant, & omnia dissidijs & scandalis reple-  
turæ sint in quibuslibet Ecclesijs & rebus publ:  
his malis ut mature præueniatur, obtestamur uos  
R. P. per communem Ecclesiæ salutem & glo-  
riam Iesu Christi, liberatoris nostri, ut de his re-  
bus quæ Adiaphororum naturam & finem ex-  
uunt, & Ecclesiæ nocent, uestrum iudicium ex-  
ponatis, ut inde in præsentis periculo statuere li-  
ceat, quæ sint Adiaphora, uerbo & uoluntati  
Dei consentanea, & Ecclesiæ utilia.

Audimus multos esse, qui se satis excusatos  
in hac causa apud Deum esse putant, quòd in ne-

cessitate e duobus malis minus eligant, Et quod  
tyrannidem & seruitutem ferre non sit pecca-  
tum, sed an hæ sententiæ in iudicio Dei ualitur-  
re sint, ipsi uiderint, sed nondum definitum est,  
utrum sit peius, Ecclesias ne deserere, an Adia-  
phororum noxia figmenta approbare, & subla-  
ta scandala rursus erigere & obseruare. Quæ  
de seruitute ferenda dicuntur, si ciuilitate acci-  
perentur, uera esse possent, sed seruitutem in  
impijs rebus, & confictis Adiaphoris in Eccle-  
sia Christi admittendam & ferendam esse, non  
est uerisimile, quod ea destructionis non ædifi-  
cationis sit in Ecclesia, Immo ipsa scriptura &  
sanctorum exempla probant, in Ecclesia Adia-  
phoris, nullos abusos, nulla scandala, nullas in  
Ecclesia Christi coactiones, nullamq; conscien-  
tiarum seruitutem ferendam esse. Sancti nun-  
quam sustinuerunt, ut aulæ pro suo arbitrio ser-  
uitutem imponerent Ecclesiæ.

Aulæ ex Ecclesia uerbo Dei gubernandæ  
sunt, Ecclesia aularum sapientia regenda non  
est, sed uerbo Dei, nec aulæ debent Christo &  
Ecclesiæ suæ cultus prescribere sine uerbo Dei,  
quod quæ faciunt, aulica officia transgrediun-  
tur & suscipiunt Antichristi personam & opus,  
ciuilis magistratus est Ecclesias bene constitutas  
iurare, non abusibus corruptelis uitiosisq; ri-  
tibus de-



tibus deformare, risui exponere & in turpem  
& impiam seruitutem redigere. Regimen Ec-  
clesiæ, Christi est, non aulæ.

Quod uero quidam ineptiunt doctrinam  
de uitiosis cæremonijs liberam esse debere, easq;  
liberè debere reprehendi, ridiculum est. Qui  
enim potest pius Pastor id administrare, de quo  
eum reprehendit conscientia? perpetuoq; obser-  
uare, quod coram tota Ecclesia quotidie ipse-  
met redarguit? Quis habebit doctrinæ illorum  
fidem, quæ à se reprehensa, damnata & eiccta  
rursus instaurant, & contra semetipsos ceu  
impœnitentes quotidie coguntur concionari?  
Quomodo ibi consistet concordia & tranquil-  
litas, ubi pastores Ecclesiæ publice reprehen-  
dunt ac taxant, quæ aulæ absq; ulla uiolatione  
obseruari uolunt?

Cum omnia diligenter perpenduntur, res Nota  
ipsa loquitur fucû fieri Ecclesijs Adiaphoricis  
mitigationibus, pastoribus imponi, & insidias  
parari ueræ religioni, & ad reuehendam Pa-  
pisticam impietatem consilia referri, quam  
Pontificij totam uolunt recipi. Hæc cum ita sint  
Pastoribus tutius esse uidetur, de suo munere ce-  
dere, & Ecclesias relinquere, quam se polluere  
Papisticis corruptelis, quæ Ecclesiæ nocent, &  
quæ ad restituendum Papatum sub falsa Adia-  
phorum

phororum appellatione obtruduntur à sapi-  
entibus huius sæculi, qui hac ratione student  
consulere sibi & suis commodis non Ecclesie  
Iesu Christi. Tolerabilius est aut mori aut in  
exilio agere bonæ conscientie testimonio, quam  
inquieta animo in Ecclesiarum administratione  
cum propria conscientia luctari, & seipsum in  
hoc, quod probat, iudicare, talemq; seruitutem  
ferre, qua bonæ conscientie libertatem amittit.  
Si conscientijs rectè consuli debet, necesse est, ut  
certa & firma doctrina de illis Adiaphoris ex-  
tet, quæ sine inflicto conscientie uulnere obser-  
uari possunt.

Periculosa sunt conscientiarum uulnera.  
Ne ergo hic conscientias uulneremus & ne quid  
committamus ingruentibus periculis cuius nos  
postea pœnitere, & quibus conscientie nostræ  
redargui possent, magnopere petimus, ut à V.  
R. P. controuersia de Adiaphoris disertè & di-  
stinctè explicetur, & quid hic sit concedendum,  
quid ferendum, quid reijciendum, statuatis è uer-  
bo Dei. Hactenus exposuimus nostram sententi-  
am de ijs, quibus uerè ornantur & ampliantur  
ueri cultus Dei, & quæ rectè habeantur pro  
Adiaphoris, & contra, quæ falso hoc nomine  
censeantur. Nunc ea prosequemur quæ à qui-  
busdam inter Adiaphora numerantur, & uarijs  
coloribus

Impla A,  
diaphora,

coloribus & Allegorijs pinguntur & ornantur, ut aliquam utilitatis speciem habere uideantur.

Hæc autem cum eiusmodi sint, ut aperte damnetur doctrina Christi, Prophetarum & Apostolorum, & cum fidei nostræ ἀναλογία pugnent, manifesteq; impia & execrabilia sint, nec probanda nec recipienda esse credimus, cuius generis sunt omnes abusus & conficti cultus, quibus contra Dei mandatum, Euangelio & ordinationibus Christi aut additur, aut adimitur aliquid, Item omnes ἐθελοθρησκείαι, quæ semper à conditis sæculis à Patribus, Prophetis, Christo & Apostolis tanquam inutiles, inanes, irritæ & impiæ damnatæ sunt, credimus nullos ritus, nullasq; observationes ab hominibus excogitatas & confictas ad colendum & placandum Deum, ad promerendam gratiam Dei, & ad satisfaciendum pro peccatis absq; salutis æternæ iactura approbari, recipi, instaurari ac ferri posse in nulla Ecclesia, quòd eiusmodi cultus idolatria sit adeo seuerissime prohibita & horribiliter punita. Huius generis sunt Monachus cum uotis & alijs impijs appendicibus, Missa priuata cum Canone, cœlibatus clericorum, Sanctorum inuocatio & cultus, Sacramenta ab hominibus instituta, quibus ad sanctificandum, ad

dum, ad arcendum Sathanam, ad salutem animæ  
& corporis procurandam. Spiritualis uis at-  
tribuitur, Confessio in qua requiritur enumera-  
tio omnium peccatorum, tanquam res necessa-  
ria ad remissionem peccatorum, Ieiunia in qui-  
bus delectus ciborum præcipitur, & quæ ad sa-  
tisfaciendum & remissionem ac salutem pro-  
merendam mandantur, Mortuorum uigiliæ &  
missæ, Annuæ commemorationes, Satisfactiones,  
Peregrinationes, Indulgentiarum nundatio-  
nes, omnesq; aliæ obseruationes, quæ proponun-  
tur ad conciliandum Deum & ad promerend-  
dam iusticiam coram Deo.

20<sup>o</sup> Hæc omnia pugnant contra Euangelium  
& fidei ἀναλογία & libertatem, in quam nos  
Christus asseruit. Ideo salua Dei ueritate & il-  
lesis conscientijs, sineq; salutis iactura nemo in  
has & similes ἐθελουθησκειας consentire po-  
test.

21<sup>o</sup> Omnes horum trium ordinum ritus atq; ob-  
seruationes callidi conciliatores & mitigatores  
sine discrimine inter Adiaphora ponunt, ut sub  
Adiaphororum appellatione Ecclesiæ omnes im-  
pios abusus, prophanationes & corruptelas rur-  
sus obrudant, atq; hæc astutia nostram doctri-  
nam & religionem ex fundamento euertant.

& P. 40.

Et Papismi impietates omnes restituant, utque  
hoc astute efficiant, Adiaphororum commento  
fascinant simplicium animos, persuadentque uul-  
go non solum ferri, sed etiam instaurari posse,  
quidquid observationum unquam fuit, aut ad-  
huc est in Papatu.

Etsi quid esset inter ea, quae aperte essent con-  
tra Dei mandatum, tamen in ijs dispensari hoc  
tempore posse, sicut Interimista iste antimonia  
in signis affirmare dicitur Moſen in deserto dis-  
pensatione caſſaſſe Dei praeceptum de circum-  
cisione, et admisiſſe libellum repudij, quo sacri-  
lego commento, non obscure approbat, id non  
eſſe peccatum, quod potentior pars ſibi permit-  
ti uult, hoc ſcilicet eſt docere timorem Domini  
et obedientiam erga Deum, hi palpones, ſi dijs  
placet, nobis pulchre conſtituent Eccleſias et cas-  
ueris cultibus Deo gratis ornabunt. Bone Deus  
quanta tenebrae poſſunt cadere in peruerſas  
mentes.

Receſſus lüterbochij factus dicitur inter-  
pretari Adiaphora his uerbis. In mittel-  
dingen ſol man alles halten / wie es  
die heiligen alten Veter gehalten  
haben / vnnnd jenes theil jtziger zeit  
auch noch helt. Quid hoc aliud eſt, quam  
praetextu Adiaphororum totum Papatum reue-  
here uela

here uelle in nostras Ecclesias, Ecclesiarumq;  
Pastores decipere uoce Adiaphororum, ut sic  
decepti, etiam nescientes, Christi Euangelio &  
uero Dei cultu excluso, impijs Papisticis super-  
stitionibus uiam sternant ad Ecclesias recte &  
piè ordmadas?

In his nouis Adiaphoris, hoc est omnibus Pa-  
pisticis obseruationibus (ut nunc Adiaphora  
exponuntur) seruitutem salua conscientia ferri  
posse, si concionatores uulgo persuasierint, &  
impij Episcopi receperint suæ iurisdictionis au-  
thoritatem, effecta illis ex animi sententia sunt  
omnia, statim restituentur impij abusus, extin-  
guetur puritas doctrinæ, ueri cultus obruentur,  
& opprimentur fidi & synceri doctores Eccle-  
siarum, ut hoc efficiatur, obtruduntur commen-  
ticia Adiaphora, quibus receptis cogetur Syno-  
dus, quæ nostrarum Ecclesiarum doctrinam dam-  
nabit, & pro arbitrio quaslibet imponet Eccle-  
siæ leges. Res ipsa etiam nunc clamat, Episcopos  
id solum nunc conari ut totus Papatus cum om-  
nibus suis superstitionibus & tyrannide instau-  
retur, & pura doctrina deleatur. Idq; decla-  
rant Diocæsanis suis conuentibus & consulta-  
tionibus passim promulgatis, in quibus præscri-  
bunt leges de reducenda Papistica tyrannide &  
restituenda impia Papistica idolatria.

Duo pon

Duo postrema genera Papisticarum obseruationum, quæ partim transgrediuntur Adia-  
phororum limites & amittunt usum & finem  
Adiaphororum, partim sunt prohibita & dam-  
nata ἐθελοθρησκεία, salua pietate & gloria  
Dei, aduersarijs urgentibus recipi non posse, nec  
istorum seruitutem sine iniuria Christi, ueræ re-  
ligionis & Euangelicæ doctrinæ manifesta cor-  
ruptione & extinctione Ecclesiæ imponi arbi-  
tratur, satiusq; esse aut mori, aut relicta Eccle-  
sia exulare & extrema pati, quàm contra con-  
scientiam approbare & simul cum alijs Papi-  
stis administrare ἐθελοθρησκείας & mentita  
Adiaphora, quòd conficta ista Adiaphora de-  
structioni seruiunt, ministerium Euangelij ludi-  
brio exponunt, doctrinæ nostræ fidem abrogant,  
Aduersariorum superstitiones & abusus stabi-  
liunt, horribilia scandala creant, imbecillum  
fidem labefactant, omnes doctos & cordatos à  
ministerijs sacris deterrent, & efficiunt, ut reli-  
gionis administratio breui commendanda sit in-  
doctissimis asinis & uentribus, quos nulla cura  
ueræ religionis tangit, & qui à solo questu aesti-  
mant suæ religionis arcana.

Cum certum sit ficta Adiaphora semel re-  
cepta certissimè allatura esse ueræ Ecclesiæ  
dissipati

dissipationem, necesse erit, ut pii pastores se fa-  
cosis Adiaphororum restitutionibus opponant,  
sibiq; in conscientia tutius esse statuunt à mini-  
sterio suo discedere, quàm se noxia fictorum  
Adiaphororum restitutione polluere, & impia  
restitutione ueras Ecclesias erroris arguere, fi-  
dei doctrinam corrumpere, dubiam & susper-  
tam reddere, Euangelij ueritatem abnegare,  
& fores aperire Pontificijs imposturis reducen-  
dis. In confesso cum sit id agi tantum, ut Papa-  
tus restituatur, & pura doctrina Euangelij, &  
Christi religio extinguatur & sepeliatur, cen-  
semus diligenter cauendum esse, ne ullis mutati-  
onibus ansa præbeatur aduersarijs, rursus eri-  
gendi suas superstitiones.

Si semel coeperint animi labascere, & dubi-  
tare, tum actum erit, nec quicquam proderit no-  
bis ulla Adiaphorica mutatio, quia totum Pa-  
patum aduersarij restitui uolunt, ad nos se per-  
trahi nulla equitate aut mitigatione patientur,  
ipsi uolunt nos tanquam hereticos & schisma-  
ticos ad se, tanquam ad Catholicos & ortho-  
doxos reduci: Hoc semper egerunt & in hoc  
proposito persistunt. Ideo Adiaphoricis muta-  
tionibus frustra queritur concordia apud ad-  
uersarios, Aulica consilia de recipiendis Adia-  
phoris tantum patefaciunt aduersarijs uia ad id,  
quod moliuntur. Islebims



Islebius in Epistolis suis, quas ad suos scribit  
queritur in scitia pastorū fieri, quōd sua Adia-  
phora grauatim admittantur, & pro Adia-  
phoris non agnoscantur, quæ ipse somniat, &  
cum summo offendiculo & certa Ecclesiarum  
euerfione obseruari debere contendit, sed sibi  
habeat suæ eruditionis laudem Islebius, relin-  
quat nobis simplicitatem nostræ innocentie, &  
permittat ut sequamur sacræ scripturæ & or-  
thodoxæ Ecclesiæ iudicium, quæ Adiaphora li-  
bera pronunciat, quæ his uult Ecclesiam ædi-  
ficari non destrui, scandalis mederi, non ea sus-  
citari, superstitionem & corruptelas & impie-  
tates Ecclesia excludi, non introduci, Non est  
satis homines ludere fucosis figmentis & inep-  
tas nugas Allegoricis fucis ornare & callidè  
accommodare ad res bonas & nouum ratio-  
nale diuinorum comminisci sine uerbo Dei.

Nouis umbris & typis Ecclesiæ non est opus,  
ijs per Christum est liberata, habet suum cultum  
Euangelio Christi descriptum & constitutum,  
cui nec addere nec adimere quicquam debet  
humana audacia. Adiaphora uerò, quæ primo  
ordine posuimus, concordie & tranquillitatis  
causa libenter obseruaremus cum alijs Ecclesijs  
puritatem doctrine, custodientibus, & optare-  
mus con-

mus constitui Ecclesiarum generalem conformitatem, si sine offendiculo & salva ab omni parte religione fieri posset. Iudicamus enim ad alendam concordiam ualdè prodesse conformitatem rituum in Ecclesia.

Si potentes hic tam diligentes essent, quàm sunt ut coniunctæ Ecclesiæ confictis Adiaphoris disiungantur & scindantur, melius suam operam collocarent. Verum quum non quærat Ecclesiarum concordia & salus, sed paretur tantum uia ad omnia illa erigenda & restituenda, quæ synodus decernet, nihil proderunt hæc particulares mutationes, & ut apparet ex multis indicijs, nihil pijs pastoribus melius & tutius erit coram Deo, quàm longissimè abesse à suosis & dolosis deliberationibus de recipiendis Adiaphoris & fraudulentis mutationibus, eò quòd Interimisticarum deliberationum finis sit, ut totius Papatus impietas & tyrannis restituatur, nec iusta dijudicatio doctrinæ, nec recta reformatio Ecclesiarum expectanda sit. Item nihil uidetur coram Deo tutius & Ecclesijs utilius esse, quàm nullas omnino mutationes facere, antequam certò constet posse illas subsistere, quæ mutatione noua in ueris Adiaphoris admittuntur. Sine hac certitudine nihil erit mutationibus

tionibus tentandum, quæ tum Ecclesiæ tum Reip:  
ualde periculosa erunt.

Quòd si uero Pastores improbantes noxias  
mutationes Ecclesia eijcerentur, satius erit, ut  
patiantur se eijci, quàm ut adiuuent Interimi-  
sticos conatus, se polluant alienis peccatis &  
prodant Christi religionem aduersarijs.

Quia autem nouimus aduersarios Papistas  
esse improbiores, superbiores & pertinaciores,  
quàm ut ratum habituri sint, si quid utiliter in  
nostris Ecclesijs constituatur, Ideo propter  
communem concordiam cum Ecclesijs nobis in  
doctrina Euangelij coniunctis non recusabimus  
admittere Adiaphora uera & ad ueros usus &  
fines directa, qualia primo ordine recensui-  
mus. Instarent aduersarij suam impietatem sine  
nobis, si persecutio & seruitus ferenda est, fera-  
tur ea sine labefactione Euangelij Christi, non  
offendantur pij, nec afficiatur ignominia Chri-  
sti Ecclesia, non corrumpatur doctrina Christi,  
Apostolorum & Prophetatum, puri cultus non  
contaminentur.

In quo discrimine nunc ubiq; Ecclesiæ &  
Reipublicæ uersentur scimus, uellemusq; liben-  
ter sic instituere nostri ministerij rationes, ut  
Ecclesiæ Christi prodessemus & nostræ, alio-  
rumq;

C

rumq;

rumq; conscientie recte consulere, animosq;  
nostros preparare in omnem euentum. Ideo  
necessarium putauimus V. P. nostram senten-  
tiam exponere, & uestram super Adiaphoricis  
mutationibus audire, animosq; nostros in quouis  
periculo uestro iudicio eò ualidius aduersus  
quoslibet terrores, trepidationes & pericula  
munire.

Cum ubiq; spargatur uestram esse sententiam,  
ut seruitus feratur in Adiaphoris, etiam il-  
lis, quæ Islebius & alij aulicis consilijs ebrij  
Adiaphora uocant, & quibus uenustas aliqua  
Allegorica affingi potest, ut ad aliquem usum  
in Ecclesia accommodari queant, qua arte quæ-  
libet nuge pro Adiaphoris obtrudi possent,  
cumq; flexibilem illam sententiam, seruitutem  
in Adiaphoris ferendam esse multi improbi usur-  
pent. Iterum oramus uos. R. P. per gloriam  
Christi Iesu & Ecclesie salutem, ut uos in hac  
controuersia de Adiaphoris dilucide declaretis  
ædito scripto. Alias illa sententia, seruitutem in  
Adiaphoris ferendam esse, infinita schismata  
suscitabit & plures dissipabit Ecclesias, quàm  
aduersariorum arma destruant.

In uos conuersi sunt omnium oculi & animi,  
à uestris iudicijs bona pars Christiani orbis pen-  
det, uo-

det, uobis plus fidei habent, quam alij. Ideo de-  
ferendi non sunt pij in dubitationibus, & consi-  
liorum uariationibus. Extrema necessitas, Dei  
gloria, Ecclesie salus requirit à uobis eiusmodi  
explicationem.

Pericula nostræ religioni & ueritatis con-  
fessionis coniuncta, nec silentio, nec ullis rationi-  
bus humanis declinari possunt. Euitandi pericu-  
la causa non est, ut omittatur officium, quod  
Ecclesijs debetis. Siue sileamus siue loquamur,  
aduersarijs idem est, nisi omnino abnegetur ue-  
ra ac pura doctrina Christi & omnia Papistica  
approbentur, nulla tranquillitatis & pacis condi-  
tio proponetur.

Diabolus est perpetuus Christi & eius Ec-  
clesie hostis, ille indefinenter circuit, ut Eccle-  
siam & ciues eius deuoret, non est ut ab eo &  
eius asecclis aliquid boni expectetur.

Frustra aliunde quam à Deo nobis promit-  
timus pacem ac defensionem. Huic ut per Iesum  
Christum Ecclesias nostras, nos, nostraq; omnia  
committamus, eam incessanter in his summis ex-  
tremisq; difficultatibus & calamitatibus inuo-  
cemus necesse est, oremusq; ardentibus uotis, ut  
incolumitatem Ecclesie sue, quam ab initio  
mundi sub uarijs persecutionibus sibi semper  
collegit, defendit & seruauit, etiam nunc in

postremis his tenebrarum procellis custodiat, tu-  
catur & seruet pater coelestis, propter suum fi-  
lium unigenitum Iesum Christum, qui adsit uo-  
bis, nobis & omnibus Spiritu suo sancto, diri-  
gatq; nostra consilia & actiones ad sui nominis  
gloriam & Ecclesiae suae salutem, Amen.

Nunc uero cum fortassis sitis occupationes,  
quam ut publicum scriptum breui absolueri  
possitis, cum id plusculum temporis postulet, ro-  
gamus obnixè, ut in summa cum hoc tabellario  
ad nos uestram sententiam rescribatis, & pau-  
cis indicetis uestrum de nostra sententia iudici-  
um. Rectissime ualeant R. D. V. in Iesu Christo,  
unico Ecclesiae protectore & liberatore, seden-  
te & regnante ad dexteram maiestatis Dei, cui  
sua Ecclesia semper curae fuit, & usq; ad  
saeculi consummationem sem-  
per curae erit.

# RESPON- SIO THEOLOGORVM

VVitebergensium sic impre-  
ssa, ut est Hamburg-  
um missa.

S. D.

**R** Euerendi uiri & amici charissimi, non  
ægrè ferimus nos amanter à uobis uel  
moneri uel reprehendi. Sunt enim & hæc  
officia in amicitia, præsertim in Ecclesia, neces-  
saria. Sed tamen oramus uos, ut in iudicando  
pro uestra prudentia, grauitate & erga nos be-  
neuolentia candorem adhibeatis, nec ueteres  
amicos qui amplius 20. annis magnos labores  
& uaria certamina sustinuimus, & adhuc su-  
stinemus, damnetis, sicut alij quidam, qui falsis  
criminationibus rabiose nos insectantur, quibus  
ideo non dum respondemus, ne tam tristi tempo-  
re odia & dissidia magis inflammentur.

Primum autem uobis significamus, Dei be-  
neficio uocem doctrinæ eandem in Ecclesijs no-  
stris & Academijs sonare, quam tot annorum  
consensu uobiscum profitemur, & quam nunc  
in uestra confessione propugnatis. Cumq; scia-  
mus hanc doctrinam æternum Dei decretum esse  
& perpetuam ueræ Ecclesiæ sententiam, nihil  
in ea unquam mutaturi sumus. Ac ne quid mu-  
taretur in doctrina & liturgia, acerrimæ con-  
tentiones nobis hoc ipso anno cum aliquibus fu-  
erunt, qui ingenijs, eruditione & authoritate in  
his regionibus excellunt. Quod cum ita sit, ex-  
tant non obscura testimonia nostræ confessionis,  
ac aliquanto maiora odia & pericula subimus,

Atqui in  
Lipfico  
Interim  
tota  
papistica  
liturgia  
ne canone  
quidem  
excluso  
admitti-  
tur.

Spiritus fan-  
cti per istas  
uestras muta-  
tiones contri-  
stati (quod in  
scripto de A-  
diaphoris cō-  
fitemini) ge-  
mitus et que-  
relæ non sunt  
conuicia.

Non accusa-  
mini quod  
V Vitenber-  
gæ aliquid  
mutastis, sed  
q̄ nō tantum  
non repugna-  
tis istis nouis  
Interim, sed  
etiam scribi-  
tis et subscri-  
bitis, & ubiq̄  
passim in cir-  
cuitu istas  
mutationes  
promoueris.

Quare uos  
istas malas  
uoluntates ad-  
iuuatis?

Si principiis  
obstitiseris,  
non pericli-  
taremini iam  
de toto.

in tali confessione, quam illi, qui inter applau-  
sores suos in tuto nobis conuiciantur, quos opta-  
remus interesse ijs disputationibus, in quibus ar-  
gumenta astutissimè excogitata magno labore  
refutamus.

Eduntur apud nos & libri ijdem, qui ante  
bellum editi sunt: Nec ritus alij sunt in Ecclesi-  
is nostris, quam quos uidistis. Et quanquam non  
magna dissimilitudo est, tamen alibi plures, ali-  
bi pauciores sunt, de qua dissimilitudine nec ante  
ta rixati sumus, nec nunc rixamur. Nam &  
esse publicos congressus honestos, & ritus non  
Barbaricos in illis congressibus, immo & quæ-  
dam disciplinæ signa necesse est, in quibus si ni-  
hil contra mandata Dei institutum est, de gesti-  
bus ipsis non esse pugnandum, uos ipsi scitis. Sed  
metuitis in generali uerbo insidias, cum dicimus  
nos de Adiaphoris non pugnare. Veniunt ea-  
dem nobis in mentem, quæ uos prudenter pro-  
spicitis: Et uoluntates multorum cōspectant, uē  
inclinationem ad omnes abusus pontificios faci-  
ant. Sed tamen cum occupati maioribus certa-  
minibus de rebus necessarijs, omittimus rixas de  
Adiaphoris, decet bonos uiros, qui talia legunt,  
adhibere dexteritatem in iudicando. Vocamus  
Adiaphora non magicas consecrationes, non  
statuarum adorationes, non circum gestationem  
panis



panis aut similia, quæ aperte damnantur uoce  
 nostra & scriptis, imo ne ineptias quidem, ut ex-  
 cubias ad sepulchrum. Talia qui uel odiosè co-  
 aceruant, ut nos exagrent, uel astutè colligunt,  
 ut pastoribus duriora onera imponant, iniuri-  
 am nobis faciunt, & suis adfectibus morem ge-  
 runt. Alia multa sunt Adiaphora, quæ & anti-  
 quissima Ecclesia instituit, & ad concinnum or-  
 dinem, & ad docendos seu commouefaciendos  
 rudiores conducunt, ut ordo festorum, lectio-  
 num, publici congressus, examen & absolutio  
 ante sumptionem Sacramenti, ritus aliquis pu-  
 blicæ poenitentiae, examen in confirmatione, pu-  
 blica ordinatio ad ministerium Euangelicum,  
 publicæ desponsationes & preces in nup-  
 tijs, honesti comitatus aut etiam conciones in  
 funeribus. Hæc cum pleraq; in suo usu sint apud  
 nos & bono consilio retenta sint, qua fronte di-  
 cere poteramus, nos nulla Adiaphora, nihil usi-  
 tatum admissuros esse? An ut fit in factionibus  
 & studijs partium, odio aduersariorum etiam  
 istos uetustos mores congruentes cum Ecclesia  
 Dei inde usq; à primis Parentibus abijceremus?  
 sicut Cynestias quidam Athenis festos dies con-  
 trarios populi consuetudini celebrabat: Et Asi-  
 atici sues mactarunt, & contrarium anni initi-  
 um constituerunt, ut ostenderent se prorsus ali-

Quid autem  
 de Marchiti-  
 cis cimiteri-  
 circuitioni-  
 bus sentitis?

Hæc Adia-  
 phora iam a-  
 lioqui habe-  
 tis, quid igitur  
 præterea  
 instituitis?

Dicere debe-  
 batis uos iam  
 satis cæremo-  
 niarum habe-  
 re, & confes-  
 sionem ue-  
 stram nunc  
 ad confirman-  
 dam Ecclesi-  
 am esse neces-  
 sariam.  
 Vel potius ut  
 Ecclesia ue-  
 re uetustissi-  
 mum Sabbati-  
 ritum odio  
 iudeorum mu-  
 tauit, Aliud  
 est ingenii Cy-  
 nestiæ peruer-

fitas, aliud est  
Spiritus san-  
cti pius ze-  
lus separandi  
Ecclesiam  
Christi a tur-  
ba Antichri-  
sti: sed Spiri-  
tus sanctus  
semper est in  
oculis mundi  
quidam furi-  
osus Cynesi-  
as.

O preclaram  
Ecclesie  
Christi refor-  
mationem &  
dignam quam  
docti, pii &  
graues uiri  
laudent adu-  
uent & tue-  
antur;

enos esse ab Israelitis. Scimus ne uos quidem  
probare talem nouitatem, & reuerenter tueri  
uetustæ Ecclesie ordinem, qui bono consilio in-  
stitutus est. Ac præcipui ritus in uestris & no-  
stris Ecclesijs congruunt ad ueterem formam,  
quæ extat in scriptoribus, qui ante Gregorium  
fuerunt. Disciplinæ seueritas aliquanto maior  
fuit, & exercitia temperantiæ maiora fuerunt,  
quas duas res nunc quoq; optamus curæ esse gu-  
bernatoribus, qui ceremonias & umbras disci-  
plinæ in speciem restituere conantur, non res ip-  
sas. Sed reprehensio uestra non de hac honesta  
consuetudine Ecclesiarum nostrarum loquitur,  
sed de quorundam ineptorum rituum instaura-  
tione, quæ fieri à potentibus uidetur, ut paula-  
tim restituantur omnes superstitiones. Hic mol-  
lities nostra accusatur, quòd non uehementius  
aduersamur, quòd alicubi damus consilium Pa-  
storibus, ne deserant Ecclesias propter hanc no-  
uam seruitutem. In ditione Marchionis Alberti  
aula primum petiuit, ut Pastores totum librum  
Augustanum amplecterentur ac sequerentur.  
Pio consensu nobilitatis, Ciuium & Pastorum  
modestè facta est recusatio. Decurrit ergo aula  
ad aliud consilium, proponit Articulos, qui do-  
ctinam & liturgiam non mutant, sed plus ri-  
tuum imponunt, qui utcumq; tolerari possunt:

Additur

Additur comminatio, ut qui hanc normam se-  
qui nolint, discedant. Etsi multi Pastores disce-  
dere malebant, tamen Ecclesie petebant ne de-  
sererentur. Tali tempore quid consilij dandum  
fuit? Respondent aliqui uehementiores, atroci  
scripto preterrefaciendam fuisse aulam metu  
seditionis, & hac Gorgone reprimendam, ne  
quid in Ecclesijs mutaret. Id si faceremus, magis  
irritaretur inimici, <sup>a.</sup> qui nolunt sibi leges a no-  
bis ferri, dicerent etiam, talia scripta esse clas-  
sica, quibus exercitus Caesaris attrahatur. Nec  
editio talium scriptorum concederetur. Damus  
igitur consilium minus uehemens, sed Ecclesijs  
necessarium, ne discedant Pastores, <sup>b.</sup> ut in Sueuis  
accidit, ubi in multis templis iam prorsus solitu-  
do est, aut lupi iam presunt, qui doctrinam im-  
piam & falsas inuocationes restituunt. Si tali  
tempore hoc nostrum consilium reprehenditis,  
ignosci nobis petimus, nec propterea nos dam-  
nari, qui uocem Euangelij eandem uobiscum so-  
namus, & aliquanto propiores periculo sumus  
quam uos, qui habetis auditores equiores: Et  
coram plures graues causas dicere possemus,  
cur hoc moderatius consilium utilius esse iudi-  
cemus. Quae res aduersarios armauerit contra  
nos, & audaciam ac potentiam eorum confir-  
mauerit, longum est dicere, & non est ἐπιστολικόν,  
C 5 ut Arist.

Publico scri-  
pto confutan-  
dum fuisset  
illud Interim,  
& adhortan-  
di tum Docto-  
res tum audi-  
tores ad con-  
stantiam in  
confessione  
& passione,  
& comitten-  
dus euentus  
Christo, num  
uelit pari iam  
coelum ruere:  
Lutherus in-  
quit, nostrum  
est confiteri,  
non diuinare  
bella futura.

.a. Non le-  
ges ferre, sed  
ex uerbo Dei  
docere nos  
eos oportet,  
siue uelint si-  
ue nolint.

.b. Vos ibi  
uestris frigi-  
dis scriptis  
Augustam ad  
comitia mis-  
sis malum non  
adiuuistis.

Non illa, sed  
aduersario-  
rum Diaboli-  
cum depra-  
uandæ veri-  
tatis studium,  
nostra ruidi-  
tas, & illa pul-  
cherrima scri-  
pta Augu-  
stini missa.

Immo uestri  
auditores lon-  
ge magis re-  
pugnarunt  
Lipſico Inte-  
rim, quam  
nos.

Fatemini in  
ſcripto de A-  
diaphoris per  
præſentes mu-  
tationes con-  
triftari, lægue-  
fieri & in du-  
bitationem in-  
daci

ut Arist. dicere solebat. Et tamē helueticæ dissen-  
siones & diſſimilitudo Eccleſiarū uidentur & φος  
μαί fuiſſe gubernatoribus, ut nouā formā pro-  
ponerent. Vt igitur clare cerni poſſit, nos non  
cupiditate libertatis, non ſtudio nouitatis, non  
odio diſſidere ab aduersarijs, de magnis rebus  
pugnamus, in quibus euidentia ueritatis conuin-  
cit ſaniores etiam inter inimicos. Id iudicamus  
utilius eſſe, quam de ueſtitu aut re ſimili rixari,  
ubi ſapientes clamitant nos tantum ſtulta mo-  
roſitate aut contumacia aduersari gubernato-  
ribus, alere diſſidia, atrahere peregrinas gen-  
tes. Talia multa cum audiamus, opponi non le-  
ues cauſas neceſſe eſt. Vobis in auditorio ueſtro  
omnia facilia ſunt, & ueſtram libertatem  
uobis gratulamur. Semper autem aliqua eſt  
Eccleſiæ ſeruitus, alibi mitior, alibi durior, ac  
leniri ærumnas ſeruitutis ueſtra conſolatione  
decet, non augere condemnatione, cum quidem  
prorſus eandem Euangelij uocem ſonemus, ſtu-  
dia doctrine omnium artium, quæ Eccleſiæ uti-  
les ſunt, adiuuemus & ſcripta utilia edamus.

Concordiam igitur inter nos & mutuam  
bencuolentiam tueamur, ne inuocatio in nobis  
aut in populo turbetur, neue triſtes & pernici-  
oſe dubitationes oriantur ex queſtionibus non  
neceſſarijs.

necessarijs, ut olim de paschate accidit. Illi qui-  
bus libertas minus impedita est, agant Deo gra-  
tias, & pie utantur ea ad illustrandam doctri-  
nam, nec disciplinae frenos propterea magis la-  
xent. Alij in feruitate agnoscant nos castigari  
diuinitus, & ueram Dei inuocationem corrumpi  
non sinant, sicut scriptum est: Hæc omnia ue-  
nerunt super nos, nec obliti sumus te. Nos non  
sumus suasores ut Ecclesie turbentur, nec in mi-  
nore dolore & periculo sumus, quam uos: Sed  
ubi noua onera imponuntur, prudenter iudican-  
dum esse sentimus, an relinquendæ sint Ecclesie  
lapis, aut faciendæ solitudo, an uero seruitus to-  
leranda sit. Nam neq; nos impias cæremonias  
recipi uolumus, neq; sine grauissimis causis de-  
seri Ecclesias, sicut scriptum est: Non deserentes  
congregationem nostram.

Hanc responsionem uobis satisfacturam esse  
speramus, & optamus, ut æterna sit inter nos con-  
cordia & animorum coniunctio in Deo, sicut  
filius Dei in agone suo precatur, ut pater men-  
tes omnium in Ecclesia copulet, ut unum sint in  
Deo. Bene ualete. XVI. Aprilis. Anno 1549.

**QVID SIT ECCLESIAM**  
deserere, aut non deserere, per Matth.  
Flacium Illyricum.

duci pios, igitur uos per-  
turbatis in-  
uocationem  
piorum.

Immo quia p-  
territi priori  
bello iam pa-  
cem homi-  
num cum con-  
tumelia nomi-  
nis diuini &  
multorum pi-  
orum scan-  
dalo qritis,  
plane obli-  
tis eius, qui  
uos, & ueram  
religionem tã  
diu contra  
Sathanæ, An-  
tichristi & to-  
tius mundi fu-  
rores defen-  
dit.

**D**eserere Ecclesiam non est ad tempus  
propter aliquas iustas causas alicunde ce-  
dere. Sed est uel impiam doctrinam per-  
tinaciter amplecti, qua ratione quiuis Christia-  
nus Ecclesiam deserere potest, uel uero cum Do-  
ctores fiunt muti canes, suoq; debito patrocinio  
Ecclesias destituunt, aut cum pacis á lupis conse-  
quenda gratia aliquid eis largiuntur, ad eo-  
rumq; rapinas conuiuent. Christus ex Nazareth  
uel aliquo alio loco ob impiorum crudelitatem  
discedens, & cogitans quam primum per occa-  
sionem reuerti, non deserit eam Ecclesiam, sed  
sua constanti confessione & exilio eam aedificat  
& in audita ueritatis assertionem superstitionumq;  
Pharisaicarum damnatione confirmat. Quod si,  
quo posset liberius tranquilliusq; suos  
coetus congregare, uoluisset doctrinam de iusti-  
ficatione timidissime & frigidissime, uel (ut iam  
loquimur) modestissime docere, Phariseos uero  
molliter tantum attingere, eorum traditiones  
seruare, atq; ita manifestorum ueritatis hostium  
graciam ambire, tum uero & Ecclesiam & ue-  
ritatem deseruisset. Sic Elias toties iam huc iam  
illuc fugitans impiam Achabi crudelitatem, non  
deserit suam Ecclesiam Baaliticis lupis, sed eam  
sua constanti confessione & tristi exilio in uera  
sententia confirmat. Quod si Elias uoluisset  
Baalitia

Baaliticas aliquas ceremonias recipere, eas pin-  
gere & excusare, Baalitis parcere & tantum in  
genere ( ut Lip. Theol. Epistola ad concio-  
natores Alb. Mar. habet ) abusus reprehен-  
dere, atq; ita temporis seruire, quo hac sua mo-  
destia, ut iam uocatur, regium furorem molli-  
ret, quo sic, si non optimas, at aliquas saltem Ec-  
clesias haberet, tum uero ille & deseruisset &  
prodidisset Ecclesias Dei impijs. Cogitassent  
enim pleriq; in iste summus uir in nostra Eccle-  
sia uidetur pacis gracia in utrumq; latus clau-  
dicare, ne offendat regem, id mihi profecto, qui  
nulla ex parte ei comparandus sum, multo magis  
licet. Quare ita languefacti cessissent & con-  
cessissent. Nec habuisset Ezabel multos duros  
stoicos & horridos sui regni turbatores, quo-  
rum sanguinem funderet, sicut iam nostrum so-  
lum non multos martyres fert.

Sic Paulus cedens Epheso ob impiorum se-  
uitiam, ac cogitans porro Ephesios uel coram  
uoce per occasionem, uel absens scripto confir-  
mare, non deserit Ecclesiam, sed sua constanti  
confessione & afflictione eam confirmat. Ve-  
rum si publice tranquillitatis gracia Ephesie  
Diane uestes, ritus, imagines & alias ceremoni-  
as in Ecclesiam inducere, aut Pharisais obser-  
uationes restituere, & ad multa conuiuere  
uoluisset,

uoluisset, tum uero & eam & alias infinitas Ec-  
clesias à se edificatas, & plane totam posterita-  
tem deseruisset, uel potius prodidisset.

Sic Athanasius toties malè discedere à sua Ec-  
clesia quā Arrianis aliquid concedere, aut in cō-  
positione causæ, generalitatibus & ambiguita-  
tibus uti ( sicut iam in Lipsico Interim factum  
est ) non deserit suam Ecclesiam, sed eam sua  
oratione, scriptis, constanti confessione, & tri-  
sti exilio, multipliciq; sua cruce confirmat, &  
usq; in hodiernam diem Ecclesiam Christi docet  
& corroborat. Satius est fortunas, corpora, &  
cœtus piorum turbari, quàm conscientias, &  
Spiritus Sanctum. Spiritualis iste lupo, id est,  
Diabolus aut falsus Doctor non prius deuorat  
ouem Christi, quam in animo ei assensa est, facie-  
lius autem assentitur ouis lupo, cum uidet pro-  
prium pastorem iam facere amiciciam cum lu-  
po, & canes latrando eum non amplius accusa-  
re, quam, si uidisset & Pastorem & canes serio  
lupo resistentes aliquid pati.

Verissimum igitur est, quod illi Ecclesias  
deserunt, qui uel impia dogmata pertinaciter  
sequuntur, uel cum possint, aut etiam ex officio  
debeant serio lupis resistere, muti canes fiunt,  
aut præ metu cum lupis pacē faciunt. Qui uero  
lupis etiam aliquas fenestras & ianuas aperiuunt,

ij ouile



Uouile Domini produnt, etiam si omnes isti in  
medio gregis Domini magnam casam habe-  
rent, & nunquam inde recederent.

Econtra illi non deserunt Ecclesiam, sed Ec-  
clesiæ adsunt, qui & pia dogmata sequuntur,  
& Ecclesiam ac religionem tum orando, tum  
docendo, tum exilium, paupertatem, ignomini-  
as, & quæcunq; mala acciderint, patiendo, tum  
& quacunq; alia ratione possunt, defendunt, ab  
omnibusq; erroribus ac errorum conspi-  
cuis occasionibus tuentur, etiam si sin-  
gulis annis aliquoties ab Ecclesia  
& ex suis laribus usq; in medi-  
am Turciam in exilium  
pellerentur & rele-  
garentur.

Impressum Magdeburgi per  
Michaellem Lottherum

1 5 49.




Handwritten text on the left edge of the page, partially obscured by the binding.

ml

X 2205909







Q.N. 214. 14. 14



**EPISTOLA**  
**CONCIONATORVM**  
Hamburgensis Ecclesiae, ad Theologos VVitenbergenses, in qua de Adia phoris differitur, hoc tempore lectu per utilis.

**ITEM RESPONSIO**  
**VVitenbergensium.**  
Hæc editio priori melior est.

Gal: 1.  
Nemo quis aliud Euangelium prædicauerit, anathema sit.

1. Cor: 6.  
Quæ communicatio luci cum tenebris:  
& quæ coniunctio Christo cum Belial:

